Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

castitatem sentimus; pilos caprarum. cum ha
bitu penitentiae ac luctus induimur, pelles ari
etum rubricatas. cum ipsos dominici gregis
ductores suo sanguine baptizatos uidemur.
pelles hyacinthinas. cum nos post mortem spi
tualia in caelis corpora habituros esse speramus,
Ligna sethim. cum expurgatis peccatorum spine
tis. munda carne et anima dno soli seruimus,
Oleum ad luminaria concinnanda. cum fructib;
caritatis et misericordiae refulgemus.,
Aromata. unguentum et thimiama boni odoris.
cum opinionem bonae nrae actionis multis ad
exemplum bene uiuendi longe latequ; diffundimus.
Lapides onichinos et gemmas ad ornandum
ephod ac rationale. cum miracula sctorum qui
bus cogitationes dno deuotas. et opera uirtutum
ornauere dignas laude praedicamus, atque
haec in adiutorium nrae fidei ubi opus fuerit
adsumimus; quia enim in humeris onera ges
tare solemus. recte per ephod. Id est super
humerale operatiuorum et pii pro dno labore
insinuantur; quia uero in pectore cogitatio
num sedes est. recte in rationali qui est
habitus pectoris sacerdotalis. mundae electae